



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno MCLXXXI. ad annum MCCCXIV.

Parisiis, 1644

VII. De decimis contra laicos.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15974

VII.

Item, cum leuitis seu ecclesiasticis personis iure diuino decimæ debeantur, dolentes referimus, quod quorumdam laicorum cupiditas ius huiuscmodi, quod sibi Deus in signum generalis dominii retinuit, nititur abolere, & pro sua voluntate de his quæ ad ipsos non pertinent aliter ordinare, imo potius deordinare præsumunt, quasi a se diuini seruitii iugum velint excutere, quod in baptisme sunt professi. Huius igitur approbatione Concilii districte præcipimus, ut iuxta laudabilem consuetudinem patriæ, decimæ tam antiquæ, quam etiam de noualibus maiores & minutæ plenarie persoluantur: nec liceat alicui laico nobili vel ignobilis, cuiuscumque dignitatis vel principatus existat, sibi decimas maxime de minutis & noualibus usurpare: alioquin, si contra fecerit, ab ingressu ecclesiæ usque ad satisfactionem condignam se nouerit esse suspensum.

VIII.

Item dolentes referimus, quod quidam salutis suæ immemores, & prodigi famæ suæ, tam clerici, quam laici, per Salzburgensem prouinciam constituti, usurpas & contractus usurarios exercere præsumunt: ad quorum cupiditatem refrendam statuimus, ut ipsi supra hoc in sacro Concilio præmoniti a talibus abstineant, alioquin nos ipsos excommunicamus in scriptis, &c. in anno, videlicet in cœna Domini, assumptione beatæ Virginis, & in nativitate Domini, præcipimus per plebanos & maiores suos in locis suis excommunicatos pu-